29 29.

locutum; Almachius dixit· quae sunt fallacissime prosecutus·
caecilia dixit· hoc quod principes tuos mortificandi et ui
uificandi tradidisse te asseris potestatem; Almachius
dixit· ego mentitus sum· Caecilia dixit· contra ueritatem pub
licam si iubes docebo te esse mentitum; Almachius dixit·
doce; Caecilia dixit· dixisti principes tuos et uiuifican
di et mortificandi tibi copiam tribuisse· cum solam morti
ficandi tibi scias traditam potestatem· uitam enim uiuenti
bus auferre potes mortuis autem uitam dare non potes·
dic ergo quia imperatores tui mortis te ministrum esse
uoluerunt· nam si quid plus dixeris· uidebaris te frustra
mentitum; Almachius dixit· depone iam audaciam tuam·
et sacrifica diis; Caecilia dixit· nescio ubi oculos amiseris· nam quos deos dicis· ego et omnes qui oculos sanos ha
bemus· saxa uidemus esse et aeramentum et plumbum;
Almachius dixit· meas iniurias philosophando contemp
si· sed deorum ferre non possum; Caecilia dixit· ex quo os aperu
isti· non fuit sermo quem non probarem· nisi stultum· iniustum
et uanum· sed ne quid desit etiam exterioribus oculis te caecum os
tendis· ut eo quod omnes quod id lapidem uidemus et saxum inuti
le· hoc tu deum esse testaris; do si iubes consilium· mit
te manum tuam et tangendo disce saxum esse· si uiden
do non nosti· nefas est enim ut totus populus de te ridicu
lum habeat· omnes autem sciunt deum in caelo; Istas autem figu